

Auspicatisimis Nuptiis,

V I R I,

*Nobilis, Consultissimi Amplissimiq̄,*

**DN. VVERNERI**

**THEODORI MARTINI,**

J. U. clarissimi Doctoris & Prof. Publ. Witte-  
bergenſis delignati,

*cum,*

*Nobilissimâ Castissimâq̄ Virgine,*

**MAGDALENA SI-**

**BYLLA,**

*Summi ac Reverendisſimi THEOLOGI,*

**VVELLERI,**

*(Nomen enim recitasse sufficit,  
cum cetera noscat mundus:)*

Dilecta Filiâ,

XV. Kalend. Decembr. A. O. R. c15 15c LXII.

*In Electorali Dresdâ,*

solenni ritu celebratis,

*Vota & Congratulationes*

**DNN. PROFESSORUM VVITTEBER-**  
**GENSIUM.**


---

WITTEBERGÆ ex Officina Joh. Haken.



**I**ntegra sic Pietas, candorq̄ue fidesq̄ue probata,  
 Sic Te Doctrinæ Nobilioris opes  
 SUMMO conciliant WELLERO, fœdere sacro  
 Copulet ut Natam, suavis Amice, Tibi:  
 Natam, quæ facie pulcrâ, virtute coruscans,  
 Cynthia ceu Superans astra minora, micat.  
 Gratulor hanc fortem: sic Marchia Misydos oris  
 Jungatur suavi glutine, cesset Eris.  
 Sanctus amor vigeat! Thalamum concordia cingat  
 Perpetuò, ditent fata benigna, precor!  
 Prospera quæque beent par Nobile, tristia quæq̄;  
 Absint. Sic vigeat WELLERIANA domus!

Abraham Calovius, D.



**G**audia quæ VOBIS Cœlum, PAR NOBILE, confert,  
 Augeat è cœlis provida Dextra Dei!  
 Tristia Conjugium fugiant, & sidera faulta  
 Adspiciant Vestram nunc sine nube Domum!  
 MAGNIFICUS PATER atque SOCER de Germine Vestro  
 Plenâ senectutis Gaudia semper alat!  
 Quæ sunt grata Deo, quæ sunt felicia, Vestris  
 Eveniant Tadis! Hoc mea vota ferunt.

LECTISSIMIS DNN. SPONSIS  
 TOTIQUÈ NOBILISSIMÆ FAMILIÆ  
 WELLERIANÆ

1018468



Continua felicitatis accrementa  
 brevissimis his lineis  
 adnotâ p̄. precab.

JOHANNES D. uisq̄. MAER/D.

**V**iderat Ipse tori Fundator, & Autor, amoris  
 MARTINI socium WELLERÆq; torum;  
 Cum subito has Sacro deduxit ab Ore loquelas,  
 Invictâ socians hæc sua verba fide:  
 Sic iniisse decet socii nova fœdera lecti  
 Quando sacrae Themidi jungitur Uranie:  
 Hic celo est oriundus amor. WELLERIA dotem  
 Dat SPONSO, qualem diva Rebecca Viro.  
 Esto bonum factum! talamis concordia vestris  
 Gaudeat, & certâ Pax comitata fide.  
 Scilicet est nupisse parum, Si corpora spectes,  
 Alt animis animos ad sociasse placet.  
 Vivite Concordes felici sidere noctes,  
 Vivite Nestorios, & sine nube, dies.  
 Nascatur soboles, quæ reddat AVUMq; PATREMq;  
 Cui pietas sit AVI, cui PATRIS ingenium.  
 Dixerat hæc Dominus: precor, hæc sint facta loquelæ;  
 Sic VOBIS cornu copia larga fluet.

**Joachimus Nerges**  
 D. & P. P.

---

**S**I fortè Sponso, carmina si quoq;  
 Spangenda Sponsæ; laudis adoras  
 hinc inde promunt. Laudat Ille  
 fertilis Ingenii vigorem,  
 Et labra bellè Gorgoneis aquis  
 rigata Sponsi; Judicium quoque  
 Juris vel æqui; quodque Pindi  
 Dives opum cluat, ille narrat.  
 Hic efferendis esse frequens solet  
 In laudibus Sponsæ; timeat Deum  
 quòd casta, bella, & cata moribus,  
 quâ fiet arte domus regendæ.  
 Quæ si decenter singula persequi  
 vellem; pateret quanta seges mihi?

*Wellerianâ* ex stirpe solâ  
 materies mihi quæ pateret ?  
 Quis namque nescit, quâ Tua polleat  
 Virtute *Nymphae*, quæ Tibi propriæ  
 sint *Sponse* laudes? *Dresda* novit ;  
 novit idem quoque *Witæberga*.  
 Quare, quod olim contigit Herculis  
 Præconibus, ne fortè mihi occini  
 possit: *quis unquam, quæso, taxat ?*  
 Laudibus hisce superfedebø :  
 Devota saltem Vota ferens, mea  
 quæ Musa, luctu squalida tertiò,  
 Nuptis reponit. Jova votis  
 annue, quæso, meis supernè !  
*Quot gignit in se fertilis India*  
*auri lapillos, gaudia tot DEUS*  
*Utriq; donet ; nascituram &*  
*progeniem numerosiore!*

M. Lq; scr.

Andreas Sennertus, P.P.

h. t. Decanus.

**M**agnus WELLERUS Natæ socialia festa  
 Apparat & nuptis gaudia multa facit.  
 Psallunt hinc meritò, sacra qui jam festat celebrant,  
 Corpore præsentès, & bona quæq; vovent.  
 Psallunt absentes, pia vota ex mente feruntq; ,  
 Tota etiam psallit *Saxonis* ora *Patris*.  
 Carfigitur nolit quoque carmina neçtere versu,  
 Omni cum turba, *Leucoris* alma sua ?  
 Acclamant cuncti, totus quoque gratulor ipse  
*Wellero Patri* Conjugibusque novis.  
 Hos benè qui junxit, benè qui conjunxit amore,  
 Det fausto cursu cedere conjugium.



Sit lætus thalamus, sit pulchrâ prole beatus:

*Prole carens thalamus nomen inane gerit.*

*Ita*

Magnificis honoribus Nupt. acclam.

Christophorus Nottnagel/

Sup. Math. P. P.

---

**S**urgit in antiquos sanguis MOLSDORFIUS ortus,

Et revocat veteres ad sua signa cygnos:

Actantæ ascribi posthæc tua nomina genti,

Quantum, quàm dulce est, quàm decorique tibi!

MARTINI, virtute tuâ tam clarus & ingens,

MOLSDORFIS venias sidus ut ipse novum.

Fungimur officio, sacrasq; incendimus aras,

Pro vestrâ accincti ferre salute preces.

VVELLERA æternùm gens stet; MARTINIA at illam

Perpetuò exæquet flore beata domus!

*Nobilissimo sponсорum pari gratula-  
bundus fecit*

*VVittenbergæ*

Johannes Ericus Ostermannus, P. P.

---

**T**ertia *Welleri magni* nunc filia nubit,

Et, *Martine*, tuum scandit amica thorum.

Excipe pollentem multa virtute puellam,

Quæ studiosa Dei, quæ studiosa viri est.

Hæc quovis misero solatia tempore præstat,

Asidet & mensæ portio grata tuæ.

Vivite concordēs, sociali jure ligati,

Et variâ vestram prole beare domum.

*Affini suo honoratissimo*

*f.*

Michael Wendlerus,

D. & P. P.

---

**E**T petitis thalamum, casto plenissima amore  
Pectora, & auspiciū poscitis astra bonum:

Addo meas precibus vestris, & Numen adoro,  
Ut felix vestrum conjugium esse sinat.

fec.

Christianus Trentschius,  
Log. & Metaph. P.P.

---

QVò jubar insolitum Solis? QVò splendida pompa  
Urbis? Quò cordis vota praeque preces?  
En, MARTINE, Tuo magno hæc operantur honori  
Omniaque hunc gaudent luce beare diem.  
Hæc Tua vult Virtus: Hinc præmia. Macte potitis,  
Quæ VOBIS NUPTIIS Gratia dia dedit.

*Quod genulab. deprop.*

Constantinus Ziegra / SS. Th. D.P.P.

---

QVam Divina TIBI desponsant fara puellam,  
Non avibus dubito quin sit amara bonis.  
Pronubus ipse DEUS quia conciliavit amorem,  
Amborum tædas prosperet atque bect!

Agidius Strauch, D. P.P.

---

Nobilissimo NEOGAMORUM Pari,  
Dithyrambus Nuptialis.

GERminant *Avia* clari  
Ste natis WELLERIANI

*Poma; Cygneusq. candor,*

Numinis benignitate,

Cælicas de mûs adimplet:

*Premium sacri timoris & laboris indico.*

Te, SIBYLLA MAGDALENA,

Architecta Gratiarum,

Testor, & festivitatis

Nuptialis *Alpha* listo.

Parco sed Horatianis

Alligare verba nodis; Dithyrambus aptior.

Deli-

Delicata Virgo-Sponsa,  
Quam *Venus, Diana, Juno,*  
Et Dearum quicquid unquam  
Fabulosa finxit ætas,  
Suspiciqve; diligiqve

*Ore, vitæ, vocæ, formæ, moribusq;* Nobilem:

Auspicata cunctis Cælum,  
Divus auspici PR NC PS  
Ominatur; Hæ spiritumqve  
Splendidissimæ Coræ  
Mille, mille fausta spond:

Hoc celestia n. minatur, hoc piorum classicum.

Huc ades MARTINE SPONSE!

Mitis ignium Tyrannus  
Aratiger Cupido iussit,  
Linque tristium laborum  
Officinas! solve mentem!

Gaudii est hodierna lux dicata maximis.

Prodit amplexura SPONSUM  
SPONSA, palpebrâ loqvaci  
Osculum minatur, atq;  
Convolut tenerrimorum  
Spiritus Favoniorum:

Ex cavernis *Pan,* jocosum currit ad spectaculum.

Ergo nullis inquinentur  
Tædiis, quod opto, Tædæ:  
Cestat omnis inde livor!  
Bella bella comprecemur,  
Et Nepotulos frequentes!

Frondeat *November,* ac AUGUSTUS olim germinet!

*Inter mille gratulationes,  
ordinat. à*

GEORG. CASP. KIRCHMAJERO,

Eloqv. P. P.

**S**acrum Praesul rerum sanctissime, nostri  
 Electoris amor, columenq;, decusq;, Poëta  
 Leucorei, **WELLERE**, bono sic fidere letus  
 Excipe, quid cessas? felix Socer, excipe **SPONSUM**,  
 Et patere amplexus **GENERI**, quos tentat amore  
 Saucius, immenso dum castas pectore flammam  
 Concipit, igniculis quas centum lumina spargunt,  
 Inq; sua mittunt Veneris praecordia fulmen:  
 Non quod depascat divinum fulgure florem;  
 Ast svaes animo motus, dulcesq;, calores,  
 Afferat, ac grato contingat corda stupore.  
 Se comitem parvus jungit cum Matre Cupido;  
 Ipse Pater foliis Hymenaeus, tempora Myrri  
 Incinctus, facibus praevi solennibus ignem;  
 Hunc latae Charites, & mille sequuntur Amores.  
 Sic surgit, **VIR SUMME**, tibi bellissima **GNATA**,  
 Et pudibunda rogat, quos haec tenus anxia multis  
 Expetiit nexus votis. Concede roganti,  
 Ac tanta ulterius, Genitor, ne gaudia differ.  
 O memoranda dies, quae tantos jungis amantes,  
**WELLERO**q;, novas iterum paris, omine magno,  
 Letitias! Redeunt nunc floris germina prisci,  
 Et repetit veteres virtus antiqua Penates.  
 Quos spe non vanâ solari posse videris,  
**MARTINI**, Astræa Vates, Legumq;, Sacerdos:  
 Quem, mihi dum patria junxerunt vincula terra,  
 Prosequor ingenti, sic virtus jusse, amore.  
 Conjugium semper concors, & fœdera sancti  
 Intemerata tori, nec non referentia grandes  
 Pignora, praeclearis meritis multaq;, Parentes,  
 Laude, precor: sero ut crescat **WELLERIA** virtus  
 Tempore, detq;, sui similes fœcunda Nepotes.

Otho Prætorius, Poët.  
 Prof. Publ.